

S. D. Quantum dolorem ex literis parentis de obitu charissimae
matris scriptis traxerim, puto te doctissime ac humanis-
sime Domine Praeceptor me etiam tacite satis intelligere,
& ex tuo animo huiusmodi calamitatibus multis iam
annis grauius excecitato, comperturam facere; praesertim
hoc tempore, quo propter immaturam nepotis tui mortem
super tibi nunciatam, summum marem tecum circumferes.
Equidem me domestica haec calamitas ita afflixit, ut
tam de mentis iudicio quam de corporis viribus &
valemidine perditarij nunc videar. Simul enim &
animi vigorem paulatim exinguij & ~~corporis~~ omnium
membrorum actiones in me languescerij sentio.
Etsi vero eas consolationes quae & diuinis tradi-
tae & tuis emendissimis literis ad me prescriptae sunt,
diligenter mihi propono, meumq; animum a cogitatione
maximam miseriae praesentium & impendentium
abducere cupio, tamen nulla ratione vel dolorem
meum sans reprimere, vel memoriam & desiderium
maternae consuetudinis depomere possim. Acuit autem
do magis cum fratrum & sororum recordatio,
tum vero praecipue commiseratio patris, quum aetate
& curis grauatim in summo nunc Luctu vivere
non dubito, postq; coniuge suam amisit, quam an-
nis fere viginti septem incredibili amore complexus est,
& omnium vnae periculorum & commodorum sociam habuit.

C 107 L 221